



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313773>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS ac PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUIELMUS GERARDUS BRANTSSEN,

*Arnhemensis.*

A. D. XIV. M. DECEMBRIS A. MDCCCLIV, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLIV

---

TYPIS MANDAVERUNT

L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTENDAM ET FILIUS.

## THESES.

---

### I.

Probanda non est summi CUIACII sententia (*ad Julian. Lib. XXXIX Digest.*) in casu l. 33 D. de conditione indebiti dari conditionem incerti.

### II.

Periculum casus, si nomen in dotem datum est, ad maritum pertinere contra HASSE statuendum.

### III.

Nulla antinomia inter l. 49 § 1 D. ad legem Aquiliam et l. 7 § 4 D. quod vi aut clam.

IV.

LABEONIS sententia in l. 3 § 7 D. de incendio ruina praeferenda videtur.

V.

Si conditionis potestativae eventus, sive ante sive post mortem testatoris, casu impeditur, minime pro impleta habetur.

VI.

Colonus actionem spolii ex art. 619 C. C. instituere nequit.

VII.

Superficiarius aedes quarum pretium non solverit, reficere non tenetur.

VIII.

Illi, cui usus fundi relictus est, tota res vel pars ejus, ex arbitrio iudicis tradi debet.

IX.

Domínus servitutes praedio hypothecae adstricto imponere potest, licet iis deterius reddatur.

X.

Matri, quae liberorum suorum tutelam suscipere noluit, jus non competit testamento iis tutorem nominandi.

XI.

Est omnino hypothecarum praepositi attendere, an instrumentum in art. 1240 C. C. indicatum, ab incapace profectum sit, ut ita vel hypothecam deleat vel deletionem recuset.

XII.

In litteris cambialibus in art. 111 C. M. indicatis, mentio valoris accepti vel debiti non requiritur.

XIII.

Bene statuit legislator noster, trassatum solutione bona fide cuique praesentanti facta liberari.



XIV.

Quod status forocessionis, demum per rehabilitationem, si concordatum homologatum non est, finitur, minus utile videtur.

XV.

Quodlibet cambium siccum a mercatore profectum, est negotium mercatorium.

XVI.

Solutus, qui alterius conjugem sciens ducit uxorem, bigamiae socius fit.

XVII.

Conatus subornationis testium puniri nequit.

XVIII.

Qui ex fundo conducto glebas defodit et fraude contrectat, furti tenetur.

XIX.

Deportationis poena probanda videtur.

XX.

Ex art. 210 Leg. Fund. anni 1840 cogi poterant  
cives ad milites recipiendos.

XXI.

Vera Homeri sententia est :

*οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,  
εἷς βασιλεὺς.*

XXII.

Divisio agri publici (markegronden) valde utilis est  
civitati.

XXIII.

Tributum, quod dicitur belasting op de inkomsten,  
maxime improbandum videtur.



